



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Hermino Comiti. 370.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Si statim ab ipso ortu ea animi tui pars, in qua ratio sedem habet, læsa & vitata, aut etiam propter incurabiles quosdam morbos extincta & deleta fuisset, fortasse ob ea, quæ abs te perpetrantur, veniam obtinuisses. Cum autem id tibi minimè acciderit, verum ob singularem quandam atque insuperabilem foecordiam, eam animi facultatem obrueris vel potiùs necaueris, idcirco ne veniam quidè ullam ab iis, qui hæc spectant, consequeris. Nam cum eam per congruentem curam & diligentiam rursum exusciscare queas, non modò, ut id fiat, nihil curæ suscipis, sed etiam, ut nunquam id fiat, laboras. Tantùm enim improbitas virtutem apud te superauit, ut ne improbitas quidè esse censeatur. Quocirca si ab hominum dicitariis liberari cupis, oculos paulum erige: ut, quo malorum proruperis, intelligens, pedem referre studeas.

Multi quidem victores, eos quos virtute atque animi magnitudine adepti erant, humanitate conferuarunt: & quos inuitos in seruitutem redegerant, eisdem lubentes tenuerunt. Et enim fortitudo ad id, quod non habeas comparandum magnam vim habet: clementia autem & facilitas, ad id, quod quæsitum est, tuendum atque conferuandum maiorem vim obtinet. At contra ij qui lenis & mansueti victoris discipulos, ac cælestis regis milites se esse profitentur, eos, quos primi satellites per lenitatem sponte ceperunt, per fastum & arrogantiam inuitos submouent. Nam quos illi lubentibus animis imperio suo ac ditioni subiecerunt, hos, etiam repugnantes, per tyrannidem suam expellunt. Siquidem ut perditores & carnifices, non autem ut pastores, eos, quibus præsumunt, tractant. Quid igitur factum opus est, inquis? Nihil aliud, quàm ut virtutem colentes diuinum tribunal expectemus.

Εἰ μὲν κακώτερό σου τὸ λογιστικὸν ἔφυξεν εὐθὺς ἀπὸ νοῦς, ἢ ἀπὸ νόστιμας ἀνάγκης ἢ φάνισο, ἴσως αὖ συγκινήσῃς ἐπιχειρῶν ἐπὶ τοῖς θρωπείοις. εἰ δὲ τὸ μὲν εἰ πέποιθας, ὑπὸ δὲ ἀνυπαρξήσῃ βαθυμίας κατέχευσας τὸ πῶμα, μᾶλλον δὲ ἐπέκρυσας, εἰδὲ συγκινήσῃς τυγχάνεις τοῦδε τοῦ θεοῦ γεωμέτρον. διευαμέντος γὰρ τὸ τοῦ αὐθις ἀναζωπυρήσῃς ταῦς δεύσας ὀπτιμελείας, εἰ μόνον εἰ φροντίσεις, ὅπως τὸ γένηται ἀλλὰ καὶ ὅπως μεδέσῃ γένηται κατὰ σκευάσεις. ποσὸν γὰρ ἡ κακία τὴν ἀρετὴν τοῦδε σοὶ παρηδοκίμοσεν, ὡς μηδὲ κακία εἶναι νομίζεσθαι. εἰ τοίνυν βύλει τῆς κομῆδίας ἀπαλλαγῆναι, ἀνάγεισον μικρὸν, ἵνα γνοῖς οἱ τῆς κακῶν ἐξουσιότητος, ἀσπιδάσας ἀναδραμεῖν.

Πολλοὶ μὲν προπαύεχοι ἀνδρῶν κτησιόμοιοι, φιλανθρωπία τὰς ὑπὸ κούρις διεκώσαστο, καὶ εἰς ἀκούτας κατέβλασαστο, τῆς ἐκόντας ἐχειρώσαστο. ἡ μὲν γὰρ ἀνδρία δευῖ τὸ μὴ ὑπάρχον κτήσασθαι, ἡ δὲ ἀραότης αὐτὸ τὸ κτηθεὶ ἀμείνων φυλάσσει. οἱ δὲ τῶ ἀράσ προπαύεχου ἀρχαῖοι εἶναι φοιτηταί, καὶ τῶ θεοῦ βασιλείας σπαπῶνται, εἰς οἱ τοῦδε τῶ ἀρχαῖο ὑπάσασται ἀραότητι ἐκόντας ἐχειρώσαστο, τῆς ἀλαζονείας ἀκούτας ἀποσβῆσιν. εἰς γὰρ οὐκ εἶναι ἐκόντας εἰς τὴν ἀρχαῖο παρεστῆσαστο, τῆς καὶ μὴ βυλομῆδης ἀπὸ τῶ εἰαυτῆς τυραννίδος ἀπελαυῶσιν. ὡς γὰρ θυμωδῆς καὶ ἀλάστορες, εἰς ὡς ποιμῆδες τοῖς ὑπηκόοις ἀποσφῆρονται. τί οὐ ποιεῖς, ἔφη; εἰδὲν ἄλλο ἢ ἀρετὴν ἀσκούστας, τὸ θεῖον ἀναδραμεῖν δικαστήριον.